

## Quid ad haec respondeat quidam pro insipiente

Dubitanti utrum sit vel neganti quod sit aliqua talis natura, qua nihil maius cogitari possit, cum esse illam hinc dicitur primo probari, quod ipse negans vel ambicens de illa iam habeat eam in intellectu, cum audiens illam dici id quod dicitur intelligit; deinde quia quod intelligit, necesse est ut non in solo intellectu sed etiam in re sit, et hoc ita probatur quia maius est esse et in re quam in solo intellectu, et si illud in solo est intellectu, maius illo erit quiddam etiam in re fuerit, ac sic maius omnibus minus erit aliquo et non erit maius omnibus, quod utique repugnat; et ideo necesse est ut maius omnibus, quod esse iam probatum est in intellectu, non in solo intellectu sed et in re sit, quoniam aliter maius omnibus esse non poterit: respondere forsan potest:

2. Quod hoc iam esse dicitur in intellectu meo, non ob aliud nisi quia id quod dicitur intelligo: nonne et quaecumque falsa ac nullo prorsus modo in seipsis existentia in intellectu habere similiter dici possem, cum ea dicente aliquo, quaecumque ille diceret, ego intelligerem? Nisi forte tale illud constat esse ut non eo modo quo etiam falsa quaecumque vel dubia, habere possit in cogitatione, et ideo non dicor illud auditum cogitare vel in cogitatione habere, sed intelligere et in intellectu habere; quia scilicet non possim hoc aliter cogitare, nisi intelligendo id est scientia comprehendendo re ipsa illud existere. Sed si hoc est, primo quidem

## Libro escrito en favor de un insensato

CONTRA EL ARGUMENTO CONTENIDO EN EL "PROSLOGIO" DE SAN ANSELMO, POR GAUNILLO, MONJE DE MARMOUTIER<sup>1</sup>

Para el que dude o niegue que exista una naturaleza mayor de todo lo que se puede imaginar, el autor del *Proslogio* saca la conclusión de que esta naturaleza existe; porque, dice, por el hecho mismo de que se niegue o simplemente se ponga en duda su existencia, ya se la tiene en la inteligencia, puesto que simplemente con oírse se comprende el sentido de las palabras pronunciadas. Ahora bien, si las comprende, su sentido, su objeto, tiene que estar necesariamente en la inteligencia y tiene que estar también en la realidad. La prueba que da es ésta: existir en la inteligencia y en la realidad es indudablemente más que estar sólo en la inteligencia; por tanto, si el objeto que buscamos está en la inteligencia sola, será menor que aquel que existe a la vez en la inteligencia y en la realidad. Por lo mismo, el ser que hipotéticamente es mayor que cualquiera otro, de hecho sería más pequeño que otro ser existente, y, por ende, no sería el mayor de todos, lo que contradice al concepto que tenemos de él. De aquí se sigue como cosa necesaria que lo que es mayor que todo lo demás, y cuya idea está en la inteligencia (lo que ya se ha probado), no se detenga ahí, sino que pase a ser una realidad, puesto que, de lo contrario, no sería el mayor de todos.

2. A esto se puede responder que si un objeto está en mi espíritu nada más que por el hecho de comprender las palabras que le expresan, lo mismo habría que decir de muchas cosas falsas e inexistentes, puesto que también las comprendo al oírse describir o nombrar. Esta razón me parece sólida, a no ser que el objeto de que se trata no esté en las mismas condiciones de las cosas falsas, en el sentido que no solamente comprendo las palabras que le expresan, sino también que su sentido, su objeto, está en mi inteligencia, en cuyo caso yo no podría pensarle más que com-

<sup>1</sup> En la edición crítica figura este título: *quid ad haec respondeat quidam pro insipiente*.

non hic erit iam aliud idemque tempore praecedens habere rem in intellectu, et aliud idque tempore sequens intelligere rem esset; ut fit de pictura quae prius est in animo pictoris, deinde in opere. Deinde vix unquam poterit esse credibile, cum dictum et auditum fuerit illud istud, non eo modo posse cogitari non esse, quo etiam potest non esse Deus. Nam si non potest: cur contra negantem aut dubitantem quod sit talis aliqua natura, tota ista disputatio est assumpta? Postremo quod tale sit illud ut non possit nisi mox cogitatum indubitabilis existentiae suae certo percipi intellectu, indubio aliquo, probandum mihi est argumento, non autem isto quod iam sit hoc in intellectu meo cum auditum intelligo, in quo similiter esse posse quaecumque alia incerta vel etiam falsa ab aliquo cuius verba intelligerem dicta adhuc puto; et insuper magis si illa ut saepe fit, crederem, qui istud nondum credo.

3. Unde nec illud exemplum de pictore picturam quam facturum est iam in intellectu habente, satis potest huic argumento congruere. Illa enim pictura antequam fiat in ipsa pictoris arte habetur, et tale quippiam in arte artificis alicuius nihil est aliud quam pars quaedam intelligentiae ipsius, quia et sicut Sanctus Augustinus ait: "Cum faber arcam facturum in opere, prius habet illam in arte; arca quae fit in opere non est vita, arca quae est in arte, vita est, quia vivit anima artificis, in qua sunt ista omnia, antequam proferantur." Ut quid enim in vivente artificis anima vita sunt ista, nisi quia nihil sunt aliud quam scientia vel intelligentia animae ipsius? At vero quidquid extra illa, quae ad ipsam mentis noscuntur pertinere naturam aut auditum aut excogitatum intellectu percipitur verum: aliud sine dubio est verum illud, aliud intellectus ipse quo capitur. Quocirca etiam

prendiendo que existe<sup>2</sup>. Si así fuese, no habría en la inteligencia dos momentos, uno en que comprendiese la idea del objeto y otro la existencia de ese mismo objeto. Ocurriría al revés que en un cuadro, cuyo contenido está primero en la mente del pintor y pasa después a la realidad. Además, difícilmente se hará creer que, cuando se oye enunciar la idea de este ser soberanamente perfecto, no sea tan posible pensar que no existe como lo es el pensar que Dios no existe<sup>3</sup>. Porque, si no se puede desconocer la existencia de este ser, yo me pregunto a qué viene toda esa discusión o argumentación contra aquellos que niegan o simplemente dudan de que haya una naturaleza superior. Finalmente, es necesario demostrar, por una prueba, incontestable, que este objeto es tal que no se puede menos de tener la inteligencia cierta de su existencia indudable desde el momento mismo en que es pensado; y no basta decir que existe ya de antemano en mi espíritu en el instante mismo en que comprendo las palabras por las que se expresa, porque vuelvo a repetir que mi espíritu podría igualmente contener muchas cosas dudosas y aun falsas, afirmadas por alguien, desde el momento mismo en que comprendiese sus palabras, y más aún si, engañado, como ocurre con frecuencia, llegase a creer estas cosas, yo que rehuso admitir el principio defendido por el autor.

3. Según esto, el ejemplo sacado del pintor que tiene en su espíritu el cuadro que debe hacer, no conviene en todos los sentidos al argumento desarrollado en el *Prologo*. Porque ese cuadro, antes de ser ejecutado, está en el arte mismo del pintor y, por lo mismo, forma parte de su inteligencia. Dice con razón San Agustín que, cuando un artista se propone hacer una arqueta, ésta existe primero en su espíritu. La vida no está en la arqueta realizada, pero sí está en la idea del arca antes de realizarse, porque entonces vive en el alma del artista, en la cual descansan todas las creaciones de su genio antes de manifestarse a la luz; ahora bien, ¿de dónde les viene a estas ideas la vida, si no es porque son la inteligencia y ciencia de su alma? Sin embargo, a excepción de lo que es parto del espíritu, como las creaciones artísticas, puede el alma adquirir verdades, bien sea de sí misma, por vía de reflexión; bien de otros, por medio del oído. En ambos casos, una cosa es la verdad conocida, y otra el en-

<sup>2</sup> Es evidente que aquí Gaunilo distingue la simple inteligencia de las palabras, y la inteligencia del objeto mismo, que a sus ojos implicaría su existencia.

<sup>3</sup> Para comprender bien esta distinción, hay que notar que, en el *Prologo*, San Anselmo no nombra a Dios, sino que le designa por una definición como aquel que está por encima de todos los seres.

si verum sit esse aliquid quo maius quicquam nequeat cogitari, non tamen hoc auditum et intellectum tale est qualis nondum facta pictura in intellectu pictoris.

4. Huc accedit illud quod praetaxatum est superius, quia scilicet illud omnibus quae cogitari possunt maius, quod nihil aliud posse esse dicitur quam ipse Deus; tam ego secundum rem vel ex specie mihi vel ex genere notam, cogitare auditum vel in intellectu habere non possum, quam nec ipsum Deum, quem utique ob hoc ipsum etiam non esse cogitare possum. Neque enim aut rem ipsam novi aut ex alia possum conicere simili, quandoquidem et tu talem asseris illam, ut esse non posse simile quicquam. Nam si de homine aliquo mihi prorsus ignoto, quem etiam esse nescirem, dici tamen aliquid audirem: per illam specialem generalemve notitiam qua quid sit homo vel homines novi, de illo quocumque secundum rem ipsam quae est homo cogitare possem. Et tamen fieri posset, ut mentiente illo qui diceret, ipse quem cogitarem homo non esset; cum tamen ego de illo secundum veram huiusmodi rem, non quae esset ille homo, sed quae est homo, quilibet, cogitarem. Nec sic igitur, ut haberem falsum istud in cogitatione vel in intellectu, habere possum illud cum audio dici "Deus" aut aliquid omnibus maius, cum quando illud secundum rem veram mihi nota cogitare possem; istud omnino nequaquam nisi tantum secundum vocem, secundum quam solam aut vix aut nunquam potest ullum cogitari verum; siquidem cum ita cogitatur, non tam vox ipsa quae res est utique vera, hoc est litterarum sonus vel syllabarum, quam vocis auditae significati cogitur, sed non ita ut ab illo qui novit, quid ea soleat voce significari, a quo scilicet cogitatur secundum rem vel in sola cogitatione veram, verum ut ab eo qui illud non novit et solummodo cogitat secundum animi motum illius auditu vocis effectum significationemque perceptae vocis conantem effingere sibi. Quod mirum est, si unquam rem veritate potuerit. Ita ergo nec prorsus aliter adhuc in intellectu meo constat illud haberi, cum audio intelligoque dicentem esse aliquid

tendimiento que la conoce. Por lo mismo, aun cuando haya algo por encima de lo cual no se puede imaginar nada mayor, sin embargo, este objeto hablado y concebido no tiene semejanza con un cuadro no ejecutado y que descansa aún en la inteligencia del artista.

4. A esto hay que añadir lo que se ha dicho anteriormente, a saber, que este ser, el mayor de todos los que se pueden imaginar, que no es otro que Dios mismo, no puede, al pronunciarse su nombre, ser comprendido por mi inteligencia como algo que se pueda referir a una especie o a un género conocidos, como no puedo tampoco comprender a Dios, y por la misma razón puedo dudar de su existencia. Porque, como no conozco a Dios, no puedo tampoco concluir en su existencia por la analogía con algo que le sea parecido, ya que afirmas que es tal que nada puede serle semejante. Si oigo hablar de un hombre que me es desconocido y cuya existencia desconozco, puedo, sin embargo, representármelo como un ser real según la idea que tenemos de lo que es un hombre. Podría, sin embargo, suceder que, por una mentira de aquel a quien yo oigo hablar, ese hombre no existiese, aunque yo ya me le había representado bajo la imagen de algo verdadero, que, si no era el hombre mismo en particular, era, sin embargo, un verdadero hombre en general. Por consiguiente, cuando oigo nombrar a Dios o al ser mayor que ningún otro, no puedo tenerle en la inteligencia y en el pensamiento en una forma fácil, como aquella que me representaba al hombre de que acabo de hablar, y que, sin embargo, no existía. En aquel caso podía pensar en un hombre como ser concreto y verdadero, porque me es conocida su idea; pero aquí no puedo pensar en Dios más que por intermedio de una palabra, de la cual no se puede en absoluto o muy difícilmente deducir la realidad de lo que expresa. Si es cierto, sin embargo, y de ello no hay duda, que cuando se piensa en esta forma y condición, el objeto del pensamiento es el significado de la palabra, más que la palabra misma, hay que notar, sin embargo, que en este caso su significado es comprendido, no como lo sería por aquel que conoce lo que esa palabra expresa, y que representa el ser mismo y el pensamiento verdadero, sino como lo sería por aquel que no conoce el objeto, y cuyo pensamiento se determina únicamente por la palabra que ha oído y cuyo sentido se esfuerza por encontrar, siendo muy dudoso que lo logre completamente. Que conste, pues, que solamente de esta manera este ser se halla en mi inteligencia cuando oigo y comprendo a alguien que dice que existe un ser mayor que todas las cosas que se pueden pensar. Esto es lo que tenía que responder a lo que

maius omnibus quae valeant cogitari. Haec de eo, quod summa illa natura iam esse dicitur in intellectu meo.

5. Quod autem et in re necessario esse inde mihi probatur, quia nisi fuerit, quidquid est in re maius illa erit, ac per hoc non erit illud maius omnibus, quod utique iam esse probatum est in intellectu, ad hoc respondeo: si esse dicendum est in intellectu, quod secundum veritatem, cuiusquam rei nequit saltem cogitari: et hoc in meo sic esse non denego. Sed quia per hoc esse quoque in re non potest ullatenus obtineri: illud ei esse adhuc penitus non concedo, quousque mihi argumento probetur indubio. Quod qui esse dicit hoc quod maius omnibus aliter non erit omnibus maior: non satis attendit cui loquatur. Ego enim, nondum dico, immo etiam nego vel dubito, ulla re vera esse maius illud, nec aliud ei esse concedo quam illud si dicendum est "esse", cum secundum vocem tantum audiam, rem prorsus ignotam sibi conatur animus effingere. Quomodo igitur indo mihi probatur maius illud rei veritate subsistere, quia constet illud maius omnibus esse, cum id ego eo usque negem adhuc dubitemve constare, ut me in intellectu quidem vel cogitatione mea eo saltem modo maius ipsum esse dicam, quo dubia etiam multa sunt et incerta? Prius enim certum mihi necesse est fiat re vera esse alicubi maius ipsum, et tum deum ex eo quod maius est omnibus, in seipso quoque subsistere non erit ambiguum.

6. Exempli gratia: Aiunt quidam alicubi oceani esse insulam, quam ex difficultate vel potius impossibilitate inveniendi quod non est, cognominant aliqui "perditam", quam quo fabulantur multo amplius quam de fortunatis insulis fertur, divitiarum deliciarumque omnium inestimabili ubertate pollere, nulloque possessore aut habitatore universis aliis quas incolunt homines terris possidendorum redundantia usquequaque praestare. Hoc itaque esse dicat mihi quispiam, et ego facile dictum in quo nihil est difficultatis intelligam. At si tunc velut consequenter adiungat ac dicat: non potes ultra dubitare insulam illam terris omnibus praestantiorum vere esse alicubi in re, quam et in intellectu tuo non ambigis esse; et quia praestantius est, non in intellectu solo sed etiam esse in re; ideo sic eam necesse est esse, quia nisi fuerit, quaecumque alia in re est terra, praestantior illa erit, ac si ipsa iam a te praestantior intellecta praestantior non erit; si inquam per haec ille mihi velit astruere de insula illa quod vere sit ambigendum ultra non esse: aut iocari illum credam, aut nescio quem stultiorum debeam reputare, utrum me si ei concedam, an illum si se putet aliqua certitudine

se dice que esta naturaleza suprema está ya en mi inteligencia.

5. En cuanto a la afirmación de que dicho ser no solamente está en mi pensamiento, sino también en la realidad, porque, si así no fuese, cuanto existe sería mayor que él, y por lo mismo él ya no sería el mayor de todos, respondo: si se quiere considerar como existente en el espíritu una cosa que, sin embargo, el pensamiento no puede representarla bajo la forma de un ser real cualquiera, no lo niego; pero como de esta manera de existencia ideal no se sigue necesariamente que exista en la realidad, no le concedo esta existencia, a menos que se me lo demuestre por una prueba irrefutable; porque el que concluye a favor de la existencia de ese ser, partiendo del principio de que, si no existiera, no sería el mayor de todos, no se da bastante cuenta del espíritu de su interlocutor, ya que no solamente no afirmo su existencia, sino que la niego categóricamente; dudo, por lo menos, que sea efectivamente mayor que todo otro objeto real y no le concedo más existencia, si así puedo llamarla, que la que le da el esfuerzo que hace mi espíritu para representarse una cosa que no conoce más que por la palabra que ha oído. ¿Cómo se me puede demostrar entonces que este ser mayor que todos los demás existe de hecho, nada más que por ser tal, cuando yo lo niego, o por lo menos lo dudo, y cuando este ser mayor que ningún otro no está en mi inteligencia ni en mi pensamiento, al igual de otras muchas cosas dudosas e inciertas? Es, pues, necesario ante todo que yo tenga certeza de que ese ser supremo existe, y entonces estará para mí fuera de duda que subsiste en sí mismo.

6. Se afirma, por ejemplo, que en una parte del océano existe una isla llamada *Perdida*, a causa de la dificultad, mejor dicho, imposibilidad de encontrar lo que no existe. Se le atribuyen riquezas y delicias incalculables, en mayor abundancia aún que a las islas *Afortunadas*, y se añade que, libre de habitantes, excede en productos a todas las tierras habitadas por los hombres. Con oír al que así me habla, comprenderé fácilmente sus palabras. Pero si después, como quien saca una consecuencia rigurosa, dijese: no puedes dudar en adelante de la existencia de esa isla, puesto que tienes una idea clara de la misma en tu espíritu y porque es más existir en la realidad que solamente en la inteligencia, pues de lo contrario cualquiera otra tierra existente sería, por lo mismo, más importante que ella, si con semejantes razonamientos se me quisiera hacer admitir la existencia de dicha isla, creería que el argumentador bromea, o no sabría cuál de los dos es más insensato, él o yo; yo, si me prestaba a semejantes pruebas; él, si se creyese haber

insulae illius essentiam astruxisse, nisi prius ipsam praestantiam eius solummodo sicut rem vere atque iudubie existentem nec ullatenus sicut falsum aut incertum aliquid in intellectu meo esse docuerit.

7. Haec interim ad obiecta insipiens ille responderit. Cui cum deinceps asseritur tale esse maius illud, ut nec sola cogitatione valeat non esse, et hoc rursus non aliunde probatur, quam eo ipso quo aliter non erit omnibus maior: idem ipsum possit referre responsum et dicere: Quando enim ego rei veritate esse tale aliquid, hoc est maius omnibus, dixi, ut ex hoc mihi debeat probari in tantum etiam re ipsa id esse, ut nec possit cogitari non esse? Quapropter certissimo primitus aliquo probandum est argumento aliquam superiorem, hoc est maiorem et meliorem omnium quae sunt esse naturam, ut ex hoc illa iam possimus omnia comprobare, quibus necesse est illud quod maius et melius est omnibus non carere. Cum autem dicitur quod summa res ista non esse nequeat cogitari, melius fortasse diceretur quod non esse aut etiam posse non esse non possit intelligi. Nam secundum proprietatem verbi istius falsa nequeunt intelligi, quae possunt utique eo modo cogitari, quo Deum non esse insipiens cogitavit. Et me quoque esse certissime scio, sed et posse non esse nihilominus scio. Summum vero illud quod est, scilicet Deus, et esse et non esse non posse indubitanter intelligo. Cogitare autem me non esse quandiu esse certissime scio, nescio utrum possim. Sed si possum, cur non et quiddam aliud eadem certitudine scio? Si autem non possum: non erit iam istud proprium Deo.

Cetera libelli illius tam veraciter et tam praeclare sunt magnificeque disserta, tanta denique referta utilitate ac pii ac sancti affectus intimo quodam odore fragantia et nullo modo propter illa quae in initiis recte quidem sensa, sed minus firmiter argumentata sunt, ista sint contemnenda; sed illa potius argumentanda robustius, ac sic omnia cum ingenti veneratione et laude suscipienda.

puesto la existencia de esta isla sobre base inquebrantable antes de haber probado su superioridad como cosa existente, en lugar de presentarla como un concepto falso o por lo menos dudoso para mi espíritu.

7. Esto es lo que dice el insensato a las conclusiones hechas por el autor. Cuando él afirma que ese ser supremo no puede existir sólo en el pensamiento, sin presentar más pruebas, si no es la de que ya no sería supremo si existiese sólo en el pensamiento, yo puedo oponer la misma respuesta y decir: ¿Cuándo he admitido yo que exista realmente ese ser supremo; para que, apoyándose en esa confesión, se intente demostrarme con ello la realidad de su existencia, hasta el punto que no se pueda siquiera pensar que no existe? Por consiguiente, ante todo hay que probar por un argumento sólido que existe una naturaleza superior, para que de esa manera podamos demostrar la existencia de las otras cosas que se deben atribuir a este ser. Pero si se dice que no se puede siquiera suponer su no existencia, con mayor razón aún se diría que no se puede comprender que no exista o que puede no existir, porque, según el sentido exacto del verbo *comprender*, las cosas falsas no pueden ser *comprendidas*, aunque pueden ser *pensadas*, del mismo modo que el insensato ha podido pensar que Dios no existe<sup>4</sup>. Yo tengo certeza de que existo, sin embargo sé que podría no existir. Y en cuanto a este ser supremo que es Dios, comprendo sin vacilación alguna que existe y que no puede no existir. En cuanto a pensar que yo no existo, cuando sé positivamente lo contrario, ignoro si lo puedo; pero si lo puedo, ¿por qué no ocurriría lo mismo con respecto a todo lo que yo conozco con la misma certeza? Y si, por el contrario, no lo puedo, esa necesidad de creer no se aplica únicamente a la existencia de Dios.

Los principios expuestos en lo restante del libro con tanta verdad, brillo y riqueza, tan útiles y llenos de un perfume intimo de afecto piadoso y santo, deben ser tenidos en cuenta, aunque las verdades que se encuentran al principio, exactamente pensadas por lo demás, se hallen demostradas con menos fuerza; es necesario, por el contrario, procurar fortalecer esta argumentación y aceptarlo todo con gran veneración y debida loa.

<sup>4</sup> Hay que prestar gran atención a la distinción que establece el autor entre *pensar* y *comprender*.